Bijlage VWO

2023

tijdvak 2

Latijnse taal en cultuur

Tekstboekje

VW-1110-a-23-2-b

Beschikbaar gesteld door Stichting Studiebegeleiding Leiden (SSL).
Voor alle eindexamens, zie www.alleexamens.nl. Voor de perfecte voorbereiding op je eindexamen, zie www.sslleiden.nl.

Tekst 1

Thisbe en Pyramus.

63 Conscius omnis abest; nutu signisque loquuntur,
64 quoque magis tegitur, tectus magis aestuat ignis.
65 Fissus erat tenui rima, quam duxerat olim
66 cum fieret, paries domui communis utrique.
67 Id vitium nulli per saecula longa notatum
68 (quid non sentit amor?) primi vidistis amantes
69 et vocis fecistis iter, tutaeque per illud
70 murmure blanditiae minimo transire solebant.
71 Saepe, ubi constiterant hinc Thisbe, Pyramus illinc,
72 inque vices fuerat captatus anhelitus oris,
73 "Invide" dicebant "paries, quid amantibus obstas?
74 Quantum erat, ut sineres toto nos corpore iungi?
75 Aut, hoc si nimium est, vel ad oscula danda pateres!
76 Nec sumus ingrati; tibi nos debere fatemur
77 quod datus est verbis ad amicas transitus aures."
78 Talia diversa nequiquam sede locuti
79 sub noctem dixere "Vale" partique dedere
80 oscula quisque suae non pervenientia contra.
81 Postera nocturnos Aurora removerat ignes
82 solque pruinosas radiis siccaverat herbas:
83 ad solitum coiere locum. Tum murmure parvo
84 multa prius questi statuunt ut nocte silenti
85 fallere custodes foribusque excedere temptent,
86 cumque domo exierint, urbis quoque tecta relinquant.
87 Neve sit errandum lato spatiantibus arvo,
88 conveniant ad busta Nini lateantque sub umbra
89 arboris; arbor ibi niveis uberrima pomis,
90 ardua morus, erat, gelido contermina fonti.
91 Pacta placent; et lux tarde discedere visa

Beschikbaar gesteld door Stichting Studiebegeleiding Leiden (SSL).
Voor alle eindexamens, zie www.alleexamens.nl. Voor de perfecte voorbereiding op je eindexamen, zie www.sslleiden.nl.

92 praecipitatur aquis, et aquis nox exit ab isdem.
93 Callida per tenebras versato cardine Thisbe
94 egreditur fallitque suos adopertaque vultum
95 pervenit ad tumulum dictaque sub arbore sedit;
96 audacem faciebat amor. Venit ecce recenti
97 caede leaena boum spumantes oblita rictus
98 depositura sitim vicini fontis in unda;
99 quam procul ad lunae radios Babylonia Thisbe
100 vidit et obscurum timido pede fugit in antrum,
101 dumque fugit, tergo velamina lapsa reliquit.
102 Ut lea saeva sitim multa compescuit unda,
103 dum redit in silvas, inventos forte sine ipsa
104 ore cruentato tenues laniavit amictus.
105 Serius egressus vestigia vidit in alto
106 pulvere certa ferae totoque expalluit ore
107 Pyramus; ut vero vestem quoque sanguine tinctam
108 repperit, "Una duos" inquit "nox perdet amantes,
109 e quibus illa fuit longa dignissima vita,
110 nostra nocens anima est. Ego te, miseranda, peremi,
111 in loca plena metus qui iussi nocte venires
112 nec prior huc veni. Nostrum divellite corpus
113 et scelerata fero consumite viscera morsu,
114 o quicumque sub hac habitatis rupe leones!
115 Sed timidi est optare necem." Velamina Thisbes
116 tollit et ad pactae secum fert arboris umbram,
117 utque dedit notae lacrimas, dedit oscula vesti,
118 "Accipe nunc" inquit "nostri quoque sanguinis haustus."

Ovidius, Metamorphoses 4.63-118

Beschikbaar gesteld door Stichting Studiebegeleiding Leiden (SSL).
Voor alle eindexamens, zie www.alleexamens.nl. Voor de perfecte voorbereiding op je eindexamen, zie www.sslleiden.nl.

Afbeelding 1

Uit een stripboek met verhalen uit de *Metamorphoses* van Ovidius.

Beschikbaar gesteld door Stichting Studiebegeleiding Leiden (SSL).
Voor alle eindexamens, zie www.alleexamens.nl. Voor de perfecte voorbereiding op je eindexamen, zie www.sslleiden.nl.

Ga verder op de volgende pagina.

Beschikbaar gesteld door Stichting Studiebegeleiding Leiden (SSL).
Voor alle eindexamens, zie www.alleexamens.nl. Voor de perfecte voorbereiding op je eindexamen, zie www.sslleiden.nl.

Tekst 2

Morpheus bezoekt Alcyone.

650 Ille volat nullos strepitus facientibus alis
651 per tenebras intraque morae breve tempus in urbem
652 pervenit Haemoniam, positisque e corpore pennis
653 in faciem Ceycis abit sumptaque figura
654 luridus, exanimi similis, sine vestibus ullis
655 coniugis ante torum miserae stetit; uda videtur
656 barba viri madidisque gravis fluere unda capillis.
657 Tum lecto incumbens, fletu super ora profuso,
658 haec ait: "Agnoscis Ceyca, miserrima coniunx?
659 An mea mutata est facies nece? Respice: nosces
660 inveniesque tuo pro coniuge coniugis umbram.
661 Nil opis, Alcyone, nobis tua vota tulerunt:
662 occidimus. Falso tibi me promittere noli.
663 Nubilus Aegaeo deprendit in aequore navem
664 Auster et ingenti iactatam flamine solvit,
665 oraque nostra tuum frustra clamantia nomen
666 implerunt fluctus. Non haec tibi nuntiat auctor
667 ambiguus, non ista vagis rumoribus audis;
668 ipse ego fata tibi praesens mea naufragus edo.
669 Surge, age, da lacrimas lugubriaque indue nec me
670 indeploratum sub inania Tartara mitte."
671 Morpheus sprak alles met een stem, waarvan Alcyone
672 geloofde dat het die van Ceyx was; zijn tranen leken
673 even oprecht te zijn, zijn hand had het gebaar van Ceyx.
674 Ze slaakt een diepe zucht, barst in haar slaap in huilen uit
675 en strekt haar armen om hem vast te grijpen, maar vangt nevels
676 en roept: 'Blijf hier! Waar ga je heen? Wij kunnen samen gaan!'
677 Haar eigen stem en ook de schok van zijn verschijning wekken
678 haar uit de slaap. Eerst kijkt ze rond of hij er werkelijk is,

Beschikbaar gesteld door Stichting Studiebegeleiding Leiden (SSL).
Voor alle eindexamens, zie www.alleexamens.nl. Voor de perfecte voorbereiding op je eindexamen, zie www.sslleiden.nl.

679 dat droombeeld van zo-even; op haar kreten hadden dienaars
680 reeds lamplicht aangedragen. Dan, als zij hem nergens ziet,
681 slaat zij zich in 't gelaat en rukt haar bovenkleed aan flarden,
682 stompt zich met vuisten op de borst en trekt, nee, rukt zich wild
683 de haren los, en als haar voedster vraagt wat haar zo droef stemt,
684 roept ze: 'Ik leef niet meer! Alcyone bestaat niet meer,
685 zij stierf gelijk met Ceyx! Nee, probeer mij niet te troosten:
686 hij kwam door schipbreuk om. Ik zag hem hier, herkende hem,
687 wou hem nog grijpen, maar hij week, toen ik mijn armen strekte.'

Ovidius, Metamorphoses 11.650-687

Tekst 3

De twee droompoorten.

559 "Helaas," sprak de verstandige Penelope,
560 "dromen zijn ongrijpbaar en onbegrijpelijk;
561 niet alles wordt voor de mensen vervuld.
562 Want er zijn twee poorten, waardoor de krachteloze dromen
563 tot ons komen. De een is gemaakt van hoorn, de ander van ivoor.
564 Dromen die gaan door het gezaagde ivoor,
565 zijn bedrieglijk en wat zij zeggen, gebeurt niet.
566 Zij, echter, die door het geschaafde hoorn naar buiten zweven,
567 voorspellen de werkelijkheid aan alle mensen door wie zij worden gezien."

Homerus, Odyssee 19.559-567

Beschikbaar gesteld door Stichting Studiebegeleiding Leiden (SSL).
Voor alle eindexamens, zie www.alleexamens.nl. Voor de perfecte voorbereiding op je eindexamen, zie www.sslleiden.nl.

Tekst 4

Sol, de zonnegod, rijdt dagelijks op zijn zonnewagen door het luchtruim. De wagen wordt getrokken door vier gevleugelde paarden: Pyrois, Eous, Aethon en Phlegon. De jonge zoon van de zonnegod, Phaëthon, heeft zijn vader onder druk gezet om een dag met deze zonnewagen te mogen rijden. Sol heeft toegegeven aan de wens van Phaëthon, maar wel met tegenzin. De paarden zijn namelijk gewend aan het gewicht van Sol op de wagen, en Sol denkt dat Phaëthon veel te licht is.
Hij is zojuist met Phaëthon naar de stal gegaan, waar de zonnewagen klaarstaat, met de paarden ervoor.

150 Occupat ille levem iuvenali corpore currum
151 statque super manibusque leves contingere habenas
152 gaudet et invito grates agit inde parenti.
153 Interea volucres Pyrois et Eous et Aethon,
154 Solis equi, quartusque Phlegon hinnitibus auras
155 flammiferis implent pedibusque repagula pulsant.

156 Tethys, niet wetend dat het slecht zou aflopen met Phaëthon,
157 opende de deuren en de hele hemel lag voor de paarden open.

158 Corripuere viam pedibusque per aera motis
159 obstantes scindunt nebulas pennisque levati
160 praetereunt ortos isdem de partibus Euros.
161 Sed leve pondus erat nec quod cognoscere possent
162 Solis equi, solitaque iugum gravitate carebat.
163 Utque labant curvae iusto sine pondere naves
164 perque mare instabiles nimia levitate feruntur,
165 sic onere adsueto vacuus dat in aera saltus
166 succutiturque alte similisque est currus inani.
167 Quod simulac sensere, ruunt tritumque relinquunt
168 quadriiugi spatium nec quo prius ordine currunt.

Ovidius, Metamorphoses 2.150-168

Beschikbaar gesteld door Stichting Studiebegeleiding Leiden (SSL).
Voor alle eindexamens, zie www.alleexamens.nl. Voor de perfecte voorbereiding op je eindexamen, zie www.sslleiden.nl.

Aantekeningen

regel 150	**ille** *Hiermee wordt Phaëthon bedoeld.*
regel 151	**super** erbovenop
regel 152	**grates agere** *+ dativus* bedanken
regel 154	**quartus** *Predicatief vertalen.*
regel 155	**repagula** *(onzijdig meervoud)* grendels *(voor de deuren van de stal)*
regel 158	**corripere, corripui** snel beginnen aan
	pedibus motis door de beweging van hun hoeven
	aera *accusativus van* **aer**
regel 160	**ortus** komend
	isdem = **eisdem**
	partes *(meervoud)* richting
	Euri *(meervoud)* Oostenwind
regel 161	**quod** = **pondus quod**
regel 162	**iugum** *nominativus*
regel 163-165	**Ut ... sic** *Hier wordt een vergelijking gemaakt.*
regel 163	**labare** heen en weer schommelen
regel 164	**ferri** voortgedreven worden *(door de wind)*
regel 165	**vacuus** *+ ablativus* zonder
	dat *Onderwerp:* **currus** *(regel 166)*
	dare saltus sprongen maken
	aera *accusativus van* **aer**
regel 166	**succutitur** *Onderwerp:* **currus** *(regel 166)*
	succutere alte omhoog werpen
	inani *Vul aan:* **currui**
regel 167	**Quod** *Hiermee wordt verwezen naar de inhoud van de regels 165-166.*
	ruere op hol slaan
	tritus gebaand
regel 168	**quadriiugi** *(meervoud)* de vier paarden
	spatium route
	quo prius ordine netjes zoals vroeger

Beschikbaar gesteld door Stichting Studiebegeleiding Leiden (SSL).
Voor alle eindexamens, zie www.alleexamens.nl. Voor de perfecte voorbereiding op je eindexamen, zie www.sslleiden.nl.